



# BOLETIN OFICIAL ECLESIASTICO

del

## OBISPADO DE MALLORCA.

---

### PARTE OFICIAL.

---

TEXTO LATINO DE LA CARTA ENCÍCLICA

DE

NUESTRO SANTISIMO PADRE PIO IX.

A LOS CARDENALES, ARZOBISPOS Y OBISPOS DE ITALIA.

*Dilectis filiis nostris S. R. E. Cardinalibus ac venerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis Italiane.*

PIUS PP. IX.

Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Quanto conficiamur mœrore ob sævissimum sacrilegumque bellum in omnibus fere terrarum orbis regionibus catholice Ecclesie hisce asperrimis temporibus allatum, ac præsertim infelici Italia ante Nostros oculos á Subalpino Gubernio plures abhinc annos indictum, et magis in dies excitatum, quisque Vestrum vel facile cogitatione assequi potest, Dilecti Filii Nostri, ac Venerabiles Fratres. Verum inter gravissimas Nostras angustias, dum Vos intuemur, maximo afficimur solatio et consolatione. Siquidem Vos quamvis omnibus injustissimis, violentisque modis miserandum in modum vexati, et á proprio grege avulsi, in exilium ejecti, atque etiam in

A. R. I. P. A.

PALMA DE MALLORCA

Imprenta de la V. de Villalonga

carcerem detrusi, tamen virtute ex alto induti nunquam intermisistis qua voce, qua salutaribus scriptis Dei, ejusque Ecclesiae, et Apostolicae hujus Sedis causam, jura, doctrinam strenue tueri, vestrique gregis incolunitati consulere. Itaque Vobis ex animo gratulamur, quod vehementer laetamini pro nomine Jesu contumeliam pati, ac meritis Vos laudibus efferimus utentes Sanctissimi Nostri Decessoris Leonis verbis: «Licet laboribus dilectionis vestrae, «quos pro observantia catholicae fidei suscepistis, toto corde «compatiar, et ea quae Vobis... illata sunt, non aliter accipiam, quam si ipse pertulerim, intelligo tamen magis esse gaudii, quam mœroris, quod, confortante Vos Domino Jesu Christo, in evangelica apostolicaque doctrina insuperabiles perstitistis... Et cum Vos inimici fidei christianaë ab Ecclesiarum vestrarum sede divellerent, manduistis peregrinationis injuriam pati, quam ulla impietatis ipsorum contagione violari (1).»

Atque utinam Vobis tantarum Ecclesiae calamitatum finem nuntiari possemus! Sed nunquam satis lugenda morum corruptela undique ingravescens, et irreligiosis, nefandis obscenisque scriptis, ac scenicis spectaculis, et meretriciis domibus fere ubique constitutis, ac aliis pravis artibus promota, et monstrosa omnium errorum portenta quaquaversus disseminata, et abominanda vitiorum omniumque scelerum increscens colluvio, et mortiferum *incredulitatis* ac *indifferentismi* virus longe lateque diffusum, et ecclesiasticae potestatis, ac sacrarum rerum, legumque contemptio, despicientia, et injusta ac violenta bonorum Ecclesiae depopulatio, et acerrima, ac continua contra sacros Ministros, ac Religiosarum Familiarum Alumnos, Virginesque Deo devotas insectatio, ac diabolicum prorsus adversus Christum, ejusque Ecclesiam, doctrinam, et hanc Apostolicam Sedem odium, et innumera fere alia, quae ab insensissimis rei catholicae hostibus patrantur, et quotidie lamentari cogimur, videntur optatissimum illud protrahere ac differre tempus, quo plenum sanctissimae nostrae religio-

---

(1) S. Leo, epist. 154 ad Episcopos Ægyptios, edit. Baller.

nis, justitiae, ac veritatis triumphum videre possimus. Quis quidem triumphus deesse non poterit, etiamsi Nobis datum non sit noscere tempus eidem triumpho ab omnipotenti Deo destinatum, qui omnia admirabili divina sua providentia regit ac moderatur, et ad nostram dirigit utilitatem. Etsi vero coelestis Pater Ecclesiam suam sanctam in hac miserrima et mortali peregrinatione militantem, variis aerumnis et calamitatibus affligi et vexari permittit, tamen cum ipsa a Christo Domino supra immobilem et firmissimam petram sit fundata, non solum nulla vi, nulloque impetu convelli, et labefactari unquam potest, verum etiam ipsis «persecutionibus non minuitur, sed augetur, et semper «dominicus ager segete ditiori vestitur, dum grana, quae «singula cadunt, multiplicata nascuntur (1).» Quod, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, luctuosissimis etiam hisce temporibus singulari Dei beneficio evenire conspiciamus. Nam quamvis immaculata Christi Sponsa impiorum hominum opera in praesentia vehementer afflicta, tamen de suis hostibus agit triumphum. Enimvero ipsa suos triumphat hostes, et mirifice splendescit tum singulari vestra, et aliorum Venerabilium Fratrum totius catholici orbis Sacrorum Antistitum erga Nos, et hanc Petri Cathedram fide, amore, observantia, et eximia constantia in catholica unitate tuenda, tum tot pientissimis religionis, et christianae caritatis operibus, quae, Deo auxiliante, magis in dies multiplicantur in catholico orbe, tum sanctissimae fidei lumine, quo magis in dies tot illustrantur regiones, tum egregio Catholicorum erga ipsam Ecclesiam, ac Nos, et hanc Sanctam Sedem amore et studio, tum insigni et immortalis martyrii gloria. Nostis enim quomodo in Tunkini, et Cochinchinae praesertim regionibus Episcopi, Sacerdotes, laicique viri, ac vel ipsae imbelles mulieres, ac teneri adolescentuli, et adolescentulae veterum martyrum exempla aemulantes animo invicto, et heroica virtute crudelissimos quosque cruciatus despiciere, et exultantes pro Christo vitam profundere vehementer laetantur. Quae sane

---

(1) S. Leo, serm. 82 in natal. apost. Petri et Pauli.



omnia non levi Nobis, Vobisque consolationi esse debent inter maximas, quibus premimur, acerbitates.

Verum cum Apostolici Nostri ministerii officium omnino postulet, ut Ecclesiae causam Nobis ab ipso Christo Domino commissam omni cura studioque defendamus, illosque omnes reprobemus, qui Ecclesiam ipsam, ejusque sacra jura, Ministros, et hanc Apostolicam Sedem oppugnare et conculcare non dubitant, ideo hinc Nostri Litteris de-  
nuo ea omnia et singula confirmamus, declaramus, ac damnamus, quae in pluribus consistorialibus Allocutionibus, aliisque Nostri Litteris cum ingenti animi Nostri molestia lamentari, declarare, et damnare coacti fuimus (1).

Atque hic, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, iterum commemorare et reprehendere oportet gravissimum errorem, in quo nonnulli catholici misere versantur, qui homines in erroribus viventes, et a vera fide, atque a catholica unitate alienos ad aeternam vitam pervenire posse opinantur. Quod quidem catholicae doctrinae vel maxime adversatur. Notum Nobis, Vobisque est, eos, qui invincibili circa sanctissimam nostram religionem ignorantia laborant, quique naturalem legem, ejusque praecepta in omnium cordibus a Deo insculpta sedulo servant, ac Deo obedire parati, honestam rectamque vitam agunt, posse, divinae lucis, et gratiae operante virtute aeternam consequi vitam, cum Deus, qui omnium mentes, animos, cogitationes, habitusque plane intuetur, scrutatur et noscit, pro summa sua bonitate, et clementia minime patiatur quempiam aeternis puniri suppliciis, qui voluntariae culpa reatum non habeat. Sed notissimum quoque est catholicum dogma, neminem scilicet extra catholicam Ecclesiam posse salvari, et contumaces adversus ejusdem Ecclesiae auctoritatem, definitionis, et ab ipsius Ecclesiae unitate, atque a Petri Successore Romano Pontifice, cui vineae custodia a Salvatore est com-

(1) Allocut. 20 junii 1859. — 26 septemb. 1859. — 13 julii 1860. — 8 septemb. 1860. — 17 decemb. 1860. — 18 mart. 1861. — 30 septemb. 1861. — 9 jun. 1862. — Epist. Encycl. 18 jun. 1859. — 19 jan. 1860. — Apostol. Litt. 26 mart. 1860.



missa (1), pertinaciter divisos, aeternam non posse obtinere salutem. Clarissima enim sunt Christi Domini verba: «Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, et publicanus (2).» «Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit, qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me (3).» «Qui non crediderit condemnabitur (4).» «Qui non credit, jam judicatus est (5).» «Qui non est mecum, contra me adest, et qui non colligit mecum, dispergit (6).» «Hinc Apostolus Paulus hujusmodi homines dicit *subversos, et proprio judicio condemnatos* (7), et Apostolorum Princeps illos appellat magistros mendaces, qui introducunt sectas perditionis, Dominum negant, superducentes sibi celerem perditionem (8).»

Absit vero, ut catholicae Ecclesiae filii ullo unquam modo inimici sint iis, qui eisdem fidei caritatisque vinculis, nobiscum minime sunt conjuncti, quin immo illos sive pauperes, sive aegrotantes, sive aliis quibusque aerumnis afflictos omnibus christianaе caritatis officiis prosequi adjuvare semper studeant, et in primis ab errorum tenebris, in quibus misere jacent, eripere, atque ad catholicam veritatem, et ad amantissimam Matrem Ecclesiam reducere contendant, quae maternas suas manus ad illos amanter tendere, eosque ad suum sinum revocare nunquam desinit, ut in fide, spe, et caritate fundati, ac stabiles, et in omni opere bono fructificantes, aeternam assequantur salutem.

Nunc autem, Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, silentio praeterire non possumus alium perniciosissimum errorem, et malum, quo hac nostra infelicissima aetate hominum mentes animique misere abripiuntur, ac perturbantur. Loquimur nempe de effrenato ac damno illo proprio amore et studio, quo non pauci homines, nulla plane proximi sui ratione habita, proprias utilitates, et commoda unice spectant et quaerunt; loquimur de insatiabili illa dominandi et acquirendi cupiditate, qua, honestatis justitiae-

(1) *Concil. Oecum. Chalcedonen. in Relat. ad. Leonem P.*

(2) *Matth. XVIII, 17.*—(3) *Lue. X, 46.*—(4) *Marc. XVI, 16.*—(5) *Joan. III, v. 18.*—(6) *Luc. XI, 25.*—(7) *Tit. III, 44.*—(8) *II Petr. II, 4.*

que regulis omnino posthabitis, divitias quovis modo cupidissime congerere, et cumulare non desinunt, ac terrenis tantum rebus assidue intenti, et Dei, religionis, animaeque suae immemores suam omnem felicitatem in comparandis divitiis et pecuniae thesauris perperam collocant. Meminerint hujusmodi homines, ac serio meditentur gravissima illa Christi Domini verba: «Quid prodest homini si mundum universum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur (1)?» et animo sedulo reputent quae Apostolus Paulus docet: «Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia, et nociva, quae mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidem appetentes, erraverunt á fide, et inseruerunt se doloribus multis (2).»

Equidem homines juxta propriam ac diversam ejusque conditionem suis laboribus necessaria vitae praesidia sibi comparare debent seu in litteris, ac scientiis excolendis, seu in artibus tum ingenuis, tum vulgaribus exercendis, seu in publicis, privatisque muneribus obeundis, seu in rerum commercio habendo, sed omnino oportet, ut omnia cum honestate, justitia, integritate et caritate agant, et Deum prae oculis semper habeant, ejusque mandata, ac praecepta diligentissime observent.

Jam vero disimulare non possumus, acerbissimo Nos angere dolore, cum in Italia nonnulli ex utroque Clero reperiantur viri, qui adeo sanctae suae vocationis sunt obliti, ut minime erubescant exitiis etiam scriptis falsas disseminare doctrinas, ac populorum animos contra Nos, et hanc Apostolicam Sedem excitare, ac civilem Nostrum et ipsius Sedis principatum oppugnare, et nequissimis catholicae Ecclesiae, ejusdemque Sedis hostibus omni opera studioque impudenter favere. Qui ecclesiastici viri á suis Antistitibus, et á nobis, atque ab hac Sancta Sede desciscentes, et Subalpini Gubernii, ejusque Magistratum favore, et auxilio freti eo temeritatis devenerunt, ut, ecclesiasticis censuris et pœnis plane spretis, minime extimuerint, quasdam om-

---

(1) *Matth. XVI, 26.*—(2) *I Tim. VI, 9, 10.*

nino improbandas Societates *Clerico-liberali*, *Di mutuo soccorso*, *Emancipatrice dal clero italiano* vulgo appellatas, aliasque eodem pravo spiritu animatas constituere, et quamvis á propriis Antistitibus merito interdicti á sacro ministerio obeundo, tamen minime pavent illud, veluti intrusi, in pluribus Templis perperam et illicite exercere. Quapropter et commemoratas detestandas societates, et improbam eorumdem ecclesiasticorum hominum agendi rationem reprobamus, damnamus. Atque eodem tempore hos infelices ecclesiasticos viros etiam atque etiam monemus, hortamur, ut respiscant, et redeant ad cor, propriaeque salutis consulant, serio considerantes, quod «nullum ab aliis magis praepudicium, quam á Sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitalis cernit (1).» ac diligenter militantes, districtam ante tribunal Christi rationem aliquando esse reddendam. Faxit Deus, ut hi miseri ecclesiastici homines paternis Nostris monitis obtemperantes velint Nobis eam adhibere consolationem, quam nobis afferunt illi utriusque Cleri viri, qui misere decepti, et in errorem inducti ad Nos in singulos dies confugiunt pœnitentes, ac supplici prece errati veniam, et á censuris ecclesiasticis absolutionem humiliter enixeque implorantes.

Optime autem noscitis, Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Frates, impia omnis generis scripta é tenebris emissa, ac dolis, mendaciis, calumniis et blasphemis plena, et scholas acatholicis magistris traditas, et templa acatholico cultui destinata, ac multiplices alias diabolicas sane insidias, artes, conatus, quibus Dei hominumque hostes in misera Italia catholicam Ecclesiam, si fieri unquam posset, funditus evertere ac populos, et improvidam praesertim juventutem quotidie depravare, corrumpere, et ex omnium animis sanctissimam nostram fidem religionemque radicibus extirpare conituntur. Itaque nihil dubitamus, quin Vos, Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, confortati in gratia Domini Nostri Jesu Christi pro egregio

---

(1) *S. Gregor. M. homil. 47 in Evang.*



vestro episcopali zelo pergatis, ut adhuc cum maxima vestri nominis laude fecistis, concordissimis animis et ingeminatis studiis constanter opponere murum pro Domino Israel, et certare bonum certamen fidei, et ab adversariorum insidiis fideles curae vestrae commisos defendere, illosque assidue monere, et exhortari, ut sanctissimam fidem, sine qua impossibile est placere Deo, et quam á Christo Domino per Apostolos tenet ac docet catholica Ecclesia, constantissime teneant, ac stabiles et immoti permaneant in divina nostra religione, quae una est vera, aeternamque parat salutem, ac civilem etiam societatem, vel maxime sospitat atque fortunat. Quapropter ne desinat per parochos praesertim, aliosque ecclesiasticos viros vitae integritate, morum gravitate, ac sana solidaque doctrina spectatos tum divini verbi praedicatione, tum catechesi populos curae vestrae traditos veneranda augustae nostrae Religionis mysteria, doctrinam, praecepta, disciplinam continenter et accurate docere. Etenim apprime scitis, ingentem malorum partem ex divinarum rerum, quae ad salutem necessaria sunt, inscitia plerumque oriri, ac propterea probe intelligitis, omnem curam, industriamque esse adhibendam, ut huiusmodi malum á populis depellatur.

Antequam vero huic Nostrae Epistolae finem faciamus, Nobis temperare non possumus, quin meritas Italiae Clero laudes tribuamus, qui ex parte longe maxima Nobis et huic Petri Cathedrae, ac suis Antistitibus ex animo adhaerens á recta via minime declinavit, sed illustria suorum Antistitum exempla sequens, et asperrima quaeque patientissime perferens munere suo egregie perfungitur. Ea profecto spernitur fore, ut Clerus idem, divina auxiliante gratia, digne ambulans vocatione, qua vocatus est, splendidiora suae pietatis, ac virtutis specimina exhibere semper contendat.

Debito quoque laudum praeconio prosequimur tot Virgines Deo sacras, quae á propriis Monasteriis violenter exturbatae, ac suis redditibus spoliatae, et ad mendicitatem redactae haud tamen fregerunt fidem, quam Sponso dederunt, sed omni constantia tristissimam suam conditionem tolerantibus non cessant diurnis nocturnisque precibus levare manus suas in sancta, Deum pro omnium et suorum etiam

persecutorum salute obsecrantes, et misericordiam á Domino patienter expectantes.

Meritis etiam laudibus Italiae populos ornare gaudemus, qui catholicis sensibus egregie animati tot impias contra Ecclesiam molitionis detestantur, et filiali Nos, et hanc Sanctam Sedem, ac suos Antistites pietate, observantia, et obedientia prosequi vehementer gloriantur, quique gravissimis licet difficultatibus, ac periculis praepediti singularis sui erga Nos amoris, studiique significationes modis omnibus quotidie exhibere, et maximas Nostras, et Apostolicae hujus Sedis angustias tum collatiua pecunia, tum aliis largitionibus sublevare non desistunt.

In tantis autem acerbitatibus tantaque contra Ecclesiam excitata tempestate, ne despondeamus unquam animum, Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, cum «et consilium nostrum, et fortitudo sit Christus, ac sine quo nihil possumus, per ipsum cuncta possimus; qui confirmans praedicatores Evangelii, et Sacramentorum ministros, ecce ego, inquit, vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi (1),» et cum certo sciamus, inferi portas nunquam esse praevalituras adversus Ecclesiam, quae semper stetit, stabitque immota, custode et vindice Christo Jesu Domino Nostro, qui eam aedificavit, et qui fuit *heri, et hodie, ipse et in saecula* (2).

Ne desinamus autem, Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres ardentiore usque studio in humilitate cordis nostri orationes et postulationes Deo per Jesum Christum dies noctesque offerre, ut, hac turbulentissima tempestate depulsa, Ecclesia sua sancta à tantis calamitatibus respiret, et ubique terrarum optatissima pace ac libertate fruatur, et novos ac splendidiore de suis inimicis agat triumphos, utque omnes errantes divinae suae gratiae lumine perfusi ab erroris via ad veritatis, justitiaeque iter revertantur, ac dignum poenitentiae fructum facientes perpetuum sancti sui nominis amorem et timorem habeant. Ut autem dives in misericordia Deus ferventissimis nostris precibus

(1) *S. Leo, epist. 167 ad Rustic. Norbon. Episcop.*

(2) *Hebr. XIII, 8.*

facilius annuat, invocemus potentissimum Inmaculatae Sanctissimaeque Dei Genitricis Virginis Mariae patrocinium, ac suffragia petamus Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, omniumque Beatorum Caelitum, ut validis suis apud Deum deprecationibus implorent omnibus misericordiam et gratiam in auxilio opportuno, et omnes calamitates et pericula, quibus Ecclesia ubique, ac potissimum in Italia affligitur, potenter avertant.

Denique certissimum singularis Nostrae in Vos benevolentiae pignus Apostolicam Benedictionem ex intimo corde profectam Vobis ipsis, Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, et gregi curae vestrae commisso peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 10 Augusti anno 1863. Pontificatus Nostri anno Decimoctavo.

### SECRETARIA DE CAMARA EPISCOPAL.

*Suscripcion para alivio de las víctimas del terremoto de Filipinas.*

Suma anterior. . . . .	17,229	60
El vicario de Deyá . . . . .	20	
Los fieles de id. . . . .	31	
El ecónomo de Esporlas. . . . .	40	
El vicario de id. . . . .	16	
Los fieles de id. . . . .	111	24
El párroco y fieles de Inca. . . . .	120	
El vicario y fieles de Randa. . . . .	28	24
El párroco y clero de Sineu. . . . .	160	
El párroco de Puigpuñent. . . . .	40	
El vicario de id. . . . .	20	
El vicario de Biniali. . . . .	24	
Un sacerdote dominico de id. . . . .	21	25
El vicario de Galilea. . . . .	20	
Los fieles de id. . . . .	57	
El párroco de Artá. . . . .	80	
Un devoto de id. . . . .	100	



D. Juan Vives Pro. de id. . . . .	10
D. Serafin Moragues vicario de id. . . . .	12
D. Pedro Ignacio Masanet Pro. de id. . . . .	10
D. Mignel Guiscafré id. id. . . . .	21 25
D. Francisco Font id. id. . . . .	10
D. Juan Jordá id. id. . . . .	10
D. Miguel Sancho id. id. . . . .	10
D. Mariano Sureda id. id. . . . .	10
D. Bartolomé Nicolau id. id. . . . .	10
D. Miguel Quetglas id. id. . . . .	10
D. Antonio Sancho id. id. . . . .	10
D. Juan Gil id. id. . . . .	10
D. Salvador Ferrer id. id. . . . .	20
D. José Juliá id. id. . . . .	10
Los fieles de Artá. . . . .	36
El vicario de Capdepera. . . . .	6
D. Bartolomé Sureda Pro. de id. . . . .	4
D. Lorenzo Esteva id. de id. . . . .	4
Un sacerdote. . . . .	10
D. Ignacio Ferrer Pro. . . . .	80
El párroco de Alaró. . . . .	60
El vicario de Costitx. . . . .	24
Los fieles de id. . . . .	40
El clero y fieles de Villafranca. . . . .	21 25
Recogido en la parroquia de Escorca. . . . .	221
El vicario y fieles de la Alquería blanca. . . . .	64
Los fieles de S. Jaime de Palma. . . . .	56 47
El Sr. D. Olegario Desvalls. . . . .	320
El vicario de Mancor. . . . .	20
D. Bartolomé Munar Pro. de id. . . . .	15
Los fieles de id. . . . .	189
El cura y clero de Sansellas. . . . .	200

---

Suma . . . . . 19,652 30

---

(Se continuará.)

Palma 22 octubre de 1863.—L. Teodoro Alcover Srio.

## PARTE NO OFICIAL.

### CUMPLIMIENTO DE IGLESIA.

(Continuacion.)

El Sínodo de Tarento, de 1614, al ordenar la distribución de las cédulas de Comunión, manda lo siguiente: *Singulis communicantibus singulas schedulas, in quas signum Ecclesie, vel prælati, vel parochi, impresum, et numerus currentis anni inscriptus sit, in signum sumpti Sacramenti consignet.*

El Sínodo de Melfi y de Rapallo, de 1635, dice: *Singulis dum circa Pascha communicant tessera, seu symbolum aliquod assignetur, ex quo parochus constare possit eos implevisse præceptum.*

El Sínodo de Orbiето, de 1666, dice: *Singulis qui in prædicto die ad illam suscipiendam accedent, aliquod signum distribuunt, ex quo, cum illud post octavam Paschatis ab eisdem requirent, faciliè dignosci possit, quinam hujusmodi Ecclesie præceptum non adimpleverint.*

Lo mismo estableció el Sínodo de Sutri, de 1671. El de Malta, de 1680, dice: *Distribuatur deinde (parochus) in festo Paschatis sanctissimam Eucharistiam sumentibus schedulas. Ecclesie titulum, et anni currentis numerum continentis, factaque cum libro collatione, quos defecisse deprehenderit, eos, pluries privatim, deinde publice, suppresso tamen nomine, secunda Dominica post Pascha, cum interminatione censurarum infra missarum solemnia admoneat.*

El Sínodo de Mileto, de 1692, c. 8, dice: *Nullò modo differant parochi ultra festum Ascensionis nobis significare numerum animarum, ac nomina illorum qui non sunt communicati, notam extrahendo á statu animarum in capite Quadragesimæ descripto, media distributione chartularum per ministrum fidelem communicatis, in ipso Communionis actu facienda.*

El Sínodo de Aquilea, de 1703, dice: *Cum pluribus in locis laudabilis vigeat consuetudo schedulas tradendi communicantibus, morem hunc tan proficuum in omnibus parochiis introduci, ac adhiberi dignum ducimus, et enixe hortamur, ut hac via facile possit parochus certiorari, quinam muneri suo adimpleverint, quinam vero defecerint.* Lo mismo previene el Sínodo de San Miniato, de 1707.

Las cédulas de comunión Pascual han estado siempre en uso en Roma y lo están en el día. Romualdo Onorante, en el libro titulado *Praxis secretariæ tribunalis Emi. Urbis Vicarij*, trae á la página 17 la instrucción sobre el precepto Pascual publicada en 1745 por orden del Papa Benedicto XIV, y en su art. 8.º manda la distribución de cédulas de Comunión en las parroquias, durante la quincena de Pascua.

No debemos pasar en silencio que en otro edicto publicado bajo el mismo pontificado se prohibe que en las iglesias y capillas, que no son parroquiales, se distribuyan cédulas de Comunión pascual, añadiendo que, si así se hace, de nada servirán para el cumplimiento del deber pascual. Véase el art. 7 de la instrucción de 20 de marzo de 1773.

Hasta estos últimos tiempos no habian dejado de estar en uso las cédulas de Comunión en las diócesis de Italia: pero, en 1828, un Obispo prohibió su distribución por medio de una circular, y la Sagrada Congregación de Obispos y Regulares, en virtud de quejas dadas por algunos eclesiásticos, mandó al Obispo retirar su circular. Así se decretó en 23 de mayo de 1828.

El Sínodo de Sabina celebrado por el Cardenal Lambruschini, en 1845, contiene la disposición siguiente: *Parochi diligentissime quotannis investigent an fideles, suæ curæ commissi, hanc legem de Eucharistia sumenda fideliter servaverint etc. Paschate tesseræ, (vulgo billetes) quotannis diversimode exaratas, typisque impresas sibi comparent, quarum una tantummodo singulis ad Eucharisticam mensam prescripto tempore accedentibus tradatur, statim ac Dominici Corporis participes facti fuerint.*

El Sínodo de Porto de Santa Rufina, celebrado en 1847,



prescribe un método algo diferente. He aquí el estatuto. *Ut sciant parochi, utrum unaqueque de propriis ovibus sanctæ Matris Ecclesiæ vocibus obtemperaverit, quotannis animarum statum, advento paschali tempore, conficiant, earum que singulis schedulam relinquunt, sibi postea ab eis reddendam, dum intra quindenam paschalem in propria parochia Communionem accipiunt. Quod, si ex collectis huius schedulis, post Dominicam in Albis aliquem repererint, qui adhuc ad prægustandam Domini mensam non accesserit, eum secreto, et benigne semel atque iterum hortentur, ut quantotius accedat etc.*

Hé aquí algunas dudas y las resoluciones dictadas por la Sagrada Congregacion. «XV. An in pagellis distribuendis ad probationem adimplementi præcepti paschalis in dicta ecclesia S. Nicolai, ultra titulum de *Ecclesiæ S. Nicolai* addi debeat alter coadjutricis cathedralis, cum suscriptione archipresbyteri in casu etc. XVI. An, et á quo recolligi debeant dictæ pagellæ in casu. XVII. An vicarius, sive vicarii dictæ ecclesiæ S. Nicolai, quolibet anno adferre debeant Rmo. Archipresbytero vicario capituli cathedralis notulam eorum qui paschale præceptum non adimpleverint in casu etc. XVIII. An solus reverendissimus archipresbyter certiorari debeat confessariis illos quibus justis de causis sacramenta non sint administranda in casu etc. XIX. An soli archipresbytero competat licentiam dare invalidis, aut alias legitimè impeditis adimplendi præcepto paschali in alia ecclesia præter cathedralem, et coadjutricem in casu etc. XX. An degentibus in districtu dictæ ecclesiæ S. Nicolai liceat adimplere præceptum paschale in ecclesia cathedrali unica parochiali in casu.» La Sagrada Congregacion respondió. «Ad XV *Affirmative absque suscriptione archipresbyteri*. Ad XVI. *A vicario S. Nicolai.* Ad XVII. *Affirmative.* Ad XVIII. *Negative.* Ad XIX. *Competere unicuique intra proprium ambitum.* Ad XX. *Affirmative.*»

Estas decisiones suponen que las cédulas de Comunión son recogidas por los curas despues de la quincena de Pascua, para saber de una manera cierta quienes son los que han cumplido con su deber.

1. Obligacion que tienen los curas de presentar á su Obispo lista de todos los cristianos que no han cumplido con la iglesia.

2. El Concilio de Letran amenaza con el interdicto *ab ingressu ecclesie* y la privacion de sepultura eclesiástica á los cristianos que no cumplan con el precepto Pascual.

3. Los concilios provinciales y los sínodos comprenden también esta prescripcion, como lo prueban los ejemplos siguientes.

El Concilio de Arlés, de 1275, c. 19, dice: *Nomina autem illorum, qui in Quadragesima non fuerint ad confessionem faciendam proprio sacerdoti, vel alio de licentia ipsius, per proprios sacerdotes in scriptis ad diæcesanum Episcopum deferantur.* El Concilio de Rouen, de 1279, recomienda la confesion y comunión anual, y añade lo siguiente: *Alioquin contra talem, tanquam suspectum de hæresi, procedatur. Adjicientes quod nomina talium per suos presbyteros Ordinario eorum insinuentur.* El Sínodo de Colonia, de 1280, dice: *Item Sacerdotes diligenter attendant, qui parochiani eorum, saltem in anno semel ad confessionem non veniant; et nomina illorum ad nos vel ad officialem nostrum, seu ad Ordinarium loci referant, ut ab ipsis puniantur, ne ab ipsis sacerdotibus notam negligentie requireamus.* El Concilio provincial de 1335, de Salamanca, manda se formen listas de aquellos que no han querido recibir los Sacramentos, para presentarla al Obispo cuando haga la visita. *Omnium parochianorum suorum nomina in uno libro scribere teneantur: ut saltem visitationis tempore possint suo Episcopo intimare illos, qui Sacramenta recipere noluerint.* (Hardouin, tom. 7. col. 732, 767, 1974.)

El Concilio de Narbona, de 1551, previene lo mismo. En el primer concilio de Milan, de 1565, promulgó San Carlos Borromeo la disposicion siguiente: *Qui præstituto tempore non communicarunt, eorum nomina ad Episcopum, ad sex dies post octavam Paschæ, scripto deferat expositis etiam causis, quas extra confessionem cognoverit; alioquin pœnas det Episcop arbitrati.* El Concilio de Burdeos, de 1583, contiene el siguiente cánón: *Eos autem qui saltem semel quotannis, idque solemnibus Paschæ diebus, vel circiter, ad hoc Sacramentum, præmissa peccatorum confessione, non accenserint, cujuscumque tandem sint conditionis, ad Episcopum proxima post Pascha*

*synodo deferant.* El Concilio de Méjico, celebrado en 1585, dice: *Indices, seu libellos suos parochi clausos deferant, aut per providam personam adeo opportune ad officiales Episcoporum transmittantur, ut ad diem Pentecostes predictis officialibus tradantur.* (Ibid. tom. 10, col. 648, 1345, 1659.)

El Concilio de Cambray, de 1586, tit. 8, c. 9, dice: *Post Pascha, pastores omnium eorum, qui non communicaverint, nomina ad Episcopum referant.* El Concilio de Tolosa, de 1690, c. 6, dice: *Communicantium in Paschate parochi nomina describent. Quos Communioni defuisse perceperint notatos ad Episcopum deferent: quosque defectus rationis extra confessionem cognoverint, eidem significabunt.* El Concilio de Malinas, de 1607, tit. 7. c. 6, dice: *Qui huic mandato Ecclesie non obedierint, vel in Paschate á parochia abfuerint, et reversi intra octo dies non docuerint se alibi in Paschate communicasse, mox Episcopo denunciatur.* El Concilio de Narbona, de 1609, c. 17, dice: *Quilibet parochus deferet ad synodum, et in scriptis tradet nomina et cognomina eorum, qui non communicarunt illo anno.* (Ibid. tomo 9, col. 216, tom. 10. col. 1846, tom. 11, col. 17.)

Las mismas prescripciones encontramos en los edictos de los Cardenales Vicarios y en muchos sínodos de Italia.

VI.—*La Comunión pascual debe hacerse en la iglesia parroquial.*—La mayor parte de los teólogos enseñaron en otro tiempo que los fieles podían libremente hacer la comunión pascual en su iglesia catedral, en razón á que la catedral es la parroquia comun de todos los diocesanos. Así piensa Barbosa, Sa, Gesualdo, Machado, y otros muchos citados por Diana de suerte que, segun estos autores, se cumpliera con el precepto de la Iglesia comulgando en la catedral, sin necesidad de que precediera permiso del Cura ó del Obispo. Otros teólogos sostenían la opinión contraria en razón á que, siendo el fin del precepto eclesiástico el que el Cura supiera indudablemente si sus parroquianos cumplían con su deber, no se conseguiría este objeto, si los fieles pudieran comulgar en otra iglesia sin anuencia del Cura.

(Se continuará.)

---

PALMA DE MALLORCA.

Imprenta de la V, de Villalonga.